



dm patrem mole  
aut quod electo  
us intellegent  
adducunt; Bonum  
estem minus digni  
re quam omne  
i; ut neq; in ipse  
spiritali legem  
uadere omni  
ctorū AMEN

**MA**  
est ad illud sac  
m ordinem meli  
sacerdos qui por  
ndere ad dū qui  
mtr quod dille  
dem vna sed  
um: nec ad fore  
m implebit d  
rebit d  
m quia apud  
typu uertate  
Nos autem qu  
do uere ipse  
ntat non p  
ua ergo cog  
rptasunt dem  
magnū sacerdot

esse superior tractatus ostendit; Uideamus nunc quæ sint quæ de eo lex pro ben  
eo spū scribit. & sacerdos inquit magnus & fratrib; suis cum infusū est sup  
cupidius oleum crismatis. pfectas habet manus suas ut induat seā uestimenta.  
de capite eadem non deponat. uestimenta sua non dirupat. & ad omnem an  
mam mortuam n̄ intrabit in patre suo uel in matre sua non contaminabitur &  
detas non exhibit & non inquinabit nomen quod est s̄ificatum disui sup se quia  
sem oleum crismatis disui in ipso est. ego dñs; hic uxorem uirginem de genere  
suo accipiat; Uiduum autem & electam & pollutam & meretricem. has n̄ accipiat.  
sed uirginem de genere suo accipiat uxorem. & non maculabit semensuum in  
populo suo. ego dñs qui s̄ifico eum; fuerat quidem eam apud iudeos imago  
huius obseruantiæ & custoditæ sint quæ lex statuit apontificibus iudeorum;  
Sed & si diligenter cuncta seruata sint & si omnia quæ lex p̄cepit impleta sint.  
nec si quidem omni hæc obseruatio magnū potuit facere sacerdotem; Quo  
modo & enim magnus dici potest sacerdos qui peccare potest. quod autem  
sub peccato fuerint omnia eam magni sacerdotis. & hoc ipso facile aduer  
timus quod lex p̄cepit. Ut prius pro suis post eam pro populi peccatis  
offerat hostiam sacerdos; Quomodo ergo magnus est sub peccato positus.  
meus autem sacerdos magnus ibi idcirco magnus est quia peccatū non fecit  
nec inuentus est dolus in ore eius; & qui uenit ad eum princeps huius mundi  
& non inuenit in eum quicquam. Ideo ergo & gabriel archangelus natiuitatē  
eius adnuntiat dicens. hic erit magnus & filius altissimi uocabitur; Peccatū  
hominem paruum facit & exiguum; uirtus eminentem præstat & magnam;  
sicut enim egritudo corporis & uale & exiguum corpus hominis; sanitas uero  
lætum reddit & ualidum; Ita intellege quia & animam egritudo quidem pec  
cati humilem facit & paruum. Sanitas uero interioris hominis & uirtutis  
opera magnam faciunt eam & eminentem & quanto in uirtutibus crescit  
tanto prolixior reddit magnitudinem sui; Sic ergo intellegit illud quod de  
ihū scriptum est quia proficiebat sapientia & etate. & gratia apud dñm &  
homines; Nam quis est hominū qui non proficiat etate in pueritia. ut hoc  
uelut egregium quiddam de ihū scriberetur; Ad hæc edico qui corporaliter

